



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio LXI. De partibus iustitiæ. Et primo de partibz subiectiuis, quæ sunt species iustitię, scilicet commutatiua & distributiua.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

Super Questionis se-
xagefima Articulu
secundum

ARTICVLVS VI.

F

Vtrum iudicium per vsurpationem
reddatur peruersum.

Supra art. 3.
cor. & infra
q. 67. art. 14.
Et q. dist. 17.
q. 3. art. 3. q.
4. Et dist. 48.
q. 1. ar. 1. cor.

Omissio artic. 5.
de cuius mate-
ria quod ad subditos,
in precedenti lib. di-
ctum est, in texto art.
in responsione ad ter-
tium aduerte, quod
autor, ex Decretali,
Solita benignitatis,
De maio. & ob. assu-
mens id, quod pote-
stas temporalis subdi-
tur spirituali, sicut
corpus animæ, duos
modos assignat, qui-
bus potestas spiritua-
lis inuenitur se de
temporalibus, quo-
rum potestati spiritua-
li ex natura sua: se-
cundus autem conue-
nit ex extrinseco, scilicet
ex ipsa seculari
potestate.

Ad eandem au-
tem assumpsi, scito
ex secundo de Ani-
ma, quod anima pre-
est corpori in triplici
genere cause, scilicet
efficiente, quia efficit
corporeos: animalis
motus formaliter, quia
est illius forma: & fi-
naliter, quia corpus
est propter animam.
Et simile est propor-
tionaliter de potesta-
te spirituali respectu
potestatis secularis,
est scilicet, ut for-
ma illius, & mouens,
& finis. Manifestum
est enim, quod spiri-
tuale est formale re-
spectu corporalis, ac
per hoc potestas di-
sponens de spiritua-
libus est formale re-
spectu potestatis di-
sponens de seculari-
bus, quæ corporalia
sunt. Indubie quoque
liquet, quod corpora-
lia, & temporalia sūt
propter spiritualia, &
æterna, atque ad illa
ordinantur, vt ad fi-
nem. Et quoniam al-
tior finis altiori agen-
ti, mouenti, atque
dirigenti responderet,
consequens est, ut po-
testas spiritualis, quæ
circa spiritualia, ut
primum obiectū uerfa-
tur, moueat, agat, atque
dirigat potestatem se-
cularem, & quæ illius
sunt, in spirituales
sine. Et ex hoc patet,
quod suapte natura
potestas spiritualis,
præcipit potestati se-
culari ad finem spiri-
tuale: hæc enim sunt,
in quibus potestas se-
cularis subditur spiri-
tuali. Hanc specifi-

Artic. 2.

Arti. præc.

D. 552. &
559.

AD SEXTVM sic proceditur,
Videtur quod iudicium per vsur-
pationem non reddatur peruersum.
iustitia enim est rectitudo
quædam in agendis: sed nihil de-
perit ueritati a quocunque dicat-
ur, sed a quocunque est accipien-
da. ergo etiam nihil deperit iusti-
tie, a quocunque iustum determi-
ninetur, quod pertinet ad ratio-
nem iudicij.

¶ 2 Præc. Peccata punire ad iudi-
cium pertinet: sed aliqui laudabi-
liter leguntur peccata punisse, qui
tamen autoritatē nō habebant
super illos quos puniebant. sicut
Moyſes occidit Aegyptium,
vt habetur Exod. 2. & Phinees fi-
lius Eleazari, Zambri filium Salu-
mi, vt legitur Num. 25. & reputa-
tum est ei ad iustitiam, vt dicitur
in Psalm. ergo vsurpatio iudicij
non pertinet ad iniustitiam.

¶ 3 Præc. Potestas spiritualis di-
stinguitur a temporalis: sed quan-
doque prelati habentes spiritua-
lem potestatem, intromittunt se
de his, quæ pertinent ad secula-
rem potestatem. ergo vsurpatū
iudicium non est illicitum.

¶ 4 Præc. Sicut ad recte iudican-
dum requiritur autoritas, ita et
& iustitia iudicantis, & scientia,
ut ex supradictis patet: sed non
dicitur iudicium esse iniustum,
si aliquis iudicet, nō habens ha-
bitum iustitiæ, uel non habens
scientiam iuris. ergo etiam ne-
que iudicium vsurpatum, quod
fit per defectū autoritatis, sem-
per erit iniustum.

SED CONTRA est, quod dicitur
Rom. 14. Tu quis es, qui iudicas
alienum seruum?

RESPON. Dicendum, quod iudicium sit ferendum secundum leges scriptas, ut dictū est, ille, qui iudicium fert, legis dictum quodammodo interpretatur, applicando ipsū ad particulare negotiū. Cum autem eiusdē autoritatis sit legem interpretari, & legē cōdere, sicut lex condi non potest nisi publica autoritate: ita nec iudicium ferri potest nisi publica autoritate, quæ quidē se extendit ad eos, qui communitati subduntur. Et ideo sicut iniustum esset, ut aliquis cōstringeret alium ad legem seruandā, quæ non esset publica autoritate sancita: ita etiā iniustum est, si aliquis compellat alium ferre iudicium, quod publica autoritate non fertur.

AD PRIMVM ergo dicendum,
quod pronuntiatio ueritatis nō
importat compulsionē ad hoc,
quod suscipiatur: sed liberū est
unicuique eam recipere, uel nō
recipere prout uult, sed iudicium
importat quandam impulsionē.
Et ideo iniustum est, quod alicui
iudicetur ab eo, qui publica au-
thoritate non habet.

AD SECVNDVM dicendum, quod
Moyſes uidetur Aegyptium oc-
cidisse, quasi ex inspiratione diuina
autoritate adeptus, ut in-
ducatur per hoc, quod dicitur Act. 7. quod
percutio Aegyptio astimabat
Moyſes intelligere fratres suos,
quoniam Dns per manū ipsius
daret salutem Israel. Vel potest
quod Moyſes occidit Aegyptiū
defendendo eum, qui iniuriam pa-
tebatur, cū moderamine incul-
patæ tutelæ. Vnde Ambr. dicit
in lib. de Offic. quod nō repellit
iniuriam a socio cum potest, tū
est in uisio, quā ille qui facit, &
inducit exemplū Moyſi. Vel potest
dici sicut dicit Aug. in questio-
nibus Exod. quod sicut terra an-
te utilia semina herbarum inuti-
lium fertilitate laudatur, sic illud
Moyſi factum uictiosum quidē
fuit, sed magne fertilitatis signū
gererat, in quantum. scilicet signū
uirtutis eius, quæ populū libe-
raturus erat. De Phinees autē di-
cendum est, quod ex inspiratione
diuina zelo Dei commotus hoc
fecit. Vel quia licet nō dum esset
summus Sacerdos, erat tñ filius
summi Sacerdotis, & ad eū hoc
iudicium pertinebat, sicut & ad alios
iudices, quibus hoc erat preceptū.

AD TERTIVM dicendum, quod
potestas secularis subditur spiri-
tuali, sicut corpus anime. Et ideo
non est uturpatum iudicium, si
spiritualis potestas se intromittat
de temporalibus, quātum ad ea
in quibus subditur ei secularis po-
testas, uel quæ ei a seculari po-
testate relinquuntur.

AD QVARTVM dicendum, quod
habitus scientiæ, & iustitiæ sunt
perfectiones singulares persone:
& ideo per eorum defectum nō
dicitur vsurpatum iudicium, si
cui per defectum publicæ auto-
ritatis, ex qua iudicium vim co-
actiuam habet.

QVÆSTIO LXI.
De partibus iustitiæ, in quatuor arti-
culos diuisa.

ET NDE consideran-
dum est de partibus iustitiæ.
Et primo de partibus
subiectiuis, quæ
sunt species iustitiæ, scilicet, di-
stributiua, & commutatiua. Se-

cundò, de partibus quasi integralibus. Tertiò de partibus quasi potentialibus, scilicet, de virtutibus adiunctis.

¶ Circa primum occurrit duplex consideratio. Prima, de iustitiæ partibus. Secunda, de iustitiæ oppositis. Et quia restituitio uidetur esse actus commutatiuæ iustitiæ, primò considerandum est de distinctione iustitiæ commutatiuæ, & distributiuæ; secundo, de restitutione.

CIRCA primum queruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum sint duæ spēs iustitiæ, scilicet iustitia distributiua, & commutatiua.

¶ Secundo, Vtrum eodem modo in eis medium accipiatur.

¶ Tertiò, Vtrum sit earum vni formis, nel multiplex materia.

¶ Quarto, Vtrum secundum aliquam earum specierum, iustum sit idem quod contrapassum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum conuenienter ponantur duæ species iustitiæ, scilicet commutatiua, & distributiua.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd inconueniēter ponantur duæ species iustitiæ, iustitia distributiua, & commutatiua.

Non enim potest esse iustitiæ species, quòd multitudo nocet, cum iustitia ad bonum commune ordinetur: sed distribuere bona communia in multos, nocet bono communi multitudinis, tum quia exhauriuntur opes communes: tum etiam quia mores hominum corrumpuntur. dicit enim Tull. in lib. de Offi. Fit deterior qui accipit, & ad idem semper expectandum paratior. ergo distributio non pertinet ad aliquam iustitiæ speciem.

¶ 2. Præter. Iustitiæ actus est reddere unicuique quòd suum est, ut supra habitum est: sed in distributione non redditur alicui quòd suum erat, sed de nouo appropriatur sibi id, quòd erat commune. ergo hoc ad iustitiam non pertinet.

¶ 3. Præter. Iustitia non solum est in principe, sed etiã in subditis, ut supra habitum est: sed distribuere, semper ad principem pertinet. ergo distributiua nõ pertinet semper ad iustitiam.

¶ 4. Præterea. Distributiuum iustum est bonorum communium, ut dicitur in 5. Ethic. sed communia pertinent ad iustitiam legalem. ergo iustitia distributiua non est species iustitiæ particularis, sed iustitiæ legalis.

¶ 5. Præter. Vnum, & multa non diuersificant speciẽ virtutis: sed iustitia commutatiua consistit in hoc, quòd aliquid redditur uni: iustitia verò distributiua in hoc, quòd aliquid datur multis. ergo non sunt diuersæ species iustitiæ.

SED CONTRA est, quòd Philosophus. * in 5. Ethicor. ponit duas partes iustitiæ, & dicit quòd vna est directiua in distributionibus, alia in commutationibus.

RESPON. Dicendum, quòd sicut dictum est, iustitia particularis ordinatur ad aliquam priuatã per-

sonam, quæ comparatur ad communitatem, sicut pars ad totum. Potest autem ad aliquam partem duplex ordo attendi, Vnus quidem partis ad partem, cui similis est ordo vnius priuatæ personæ ad aliam: & hunc ordinem dirigit commutatiua iustitia, quæ consistit in his, quæ mutuo sunt inter duas personas adinuicem. Alius ordo attenditur totius ad partes: & huic ordini assimilatur ordo eius, quòd est eodẽ ad singulas personas, quem quidem ordinẽ dirigit iustitia distributiua, quæ est distributiua communium secundum proportionalitatem. Et ideo duæ sunt iustitiæ species, scilicet distributiua, & commutatiua.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut in largitionibus priuatarum personarum commendatur moderatio, effusio uero culpatur: ita etiam in distributione communium bonorum est moderatio seruanda, in quo dirigit iustitia distributiua.

AD SECUNDVM dicendum, quòd sicut pars, & totum quodammodo sunt idem: ita id quòd est totius, quòd ammodo est partis. Et ita cũ ex bonis communibus aliquid in singulos distribuitur, quilibet aliquo modo recipit quòd suum est.

AD TERTIVM dicendum, quòd actus distributio nis, qui est communium bonorum, pertinet solum ad presidentem communibus bonis: sed tamen iustitia distributiua est & in subditis, quibus distribuitur, in quantum scilicet sunt contenti iusta distributione. Quamuis etiam distributio quandoque fiat bonorum communium, non quidem ciuitati, sed vni familie, quorum distributio fieri potest auctoritate alicuius priuatæ personæ.

AD QUARTVM dicendum, quòd motus accipiunt speciem a termino ad quem: & ideo ad iustitiam legalẽ pertinet ordinare ea, quæ sunt priuatarum personarum in bonum commune: sed ordinare e contrario bonum commune ad personas particulares per distributionem, est iustitiæ particularis.

AD QUINTVM dicendum, quòd iustitia distributiua, & commutatiua non solum distinguuntur secundum vnum, & multa, sed secundum diuersam debiti rationem. Alio modo debetur alicui id, quòd est commune, alio modo id, quòd est proprium.

ARTICVLVS II.

Vtrum medium eodem modo accipiatur in iustitia distributiua, & commutatiua.

AD SECUNDVM sic proceditur. Vt, quòd medium eodem modo accipiatur in iustitia distributiua, & commutatiua. Vtraque enim sub iustitia particulari continetur, ut dictum est: sed in omnibus temperantiæ, uel fortitudinis partibus accipitur uno modo medium. ergo etiam eodẽ modo medium est accipiendum in iustitia distributiua, & commutatiua.

¶ 2. Præter. Forma virtutis moralis in medio consistit, quòd secundum rationem determinatur. cum ergo vnius virtutis sit una forma, videtur quòd in utraque sit eodẽ modo medium accipiendum.

¶ 3. Præter. In iustitia distributiua accipitur medium attendendo diuersam dignitatem personarum:

¶ Super Quaestione sexagesima prima. Articulus secundum.

IN art. 2. eiusdem q. scilicet, quòd morali proposito non uideatur expedire, ut res claras inuoluamus. Dico autem hoc, quia constat quòd iustum in distributionibus est æquale secundum proportionem, & in commutationibus æquale secundum quantitatem, ut scilicet res quæ distribuuntur, ita se habeant inter se, sicut personæ quibus distribuuntur, se habeant inter se: & res quæ commutantur, sint æquales quantitatis. Nec est opus disputare, an æquale medium sit: constat enim, quòd est medium inter plus, & minus. Quare autem æquale: proportionaliter

Inf. ar. 4. cor. fr. & 2. di. 2. ar. 3. cor. & 3. di. 3. q. 1. ar. 3. q. 2. cor. & uir. q. 1. ar. 1. 13. ad. 7. Art. præced.

malter dicatur secundum proportionem geometricam. & quale quod titatum secundum proportionalitatem arithmetica discute, & declarare, est involuere quodammodo intellectum moralem. & ideo pertranseo: in 5. enim Ethic. potest rationem Aristo. de hoc inspicere.

li. 5. c. 3. to. 5.

In responsione ad tertium dubium occurrit ad hominem: quia author in tertio sententiarum. dist. 33. quaest. 1. art. 3. quaest. 2. ad tertium, vult quod utraque iustitia, distributiva scilicet: & commutativa attendat conditionem personae: ut redundat in diversitatem rei. Et ratio sua est quia utriusque iustitiae medium est medium rei: hic autem dicitur: quod in iustitia distributiva consideratur conditio personae secundum se: in commutativa autem secundum quod per eam diversificatur res. Quomodo stat haec duo simul?

ar. p. 20.

Ad hoc dicitur, quod licet facile dici possit, quod sententia illa correpta fuit hic, saluari tamen utraque affirmatio potest, scilicet, quod conditio personae in iustitia distributiva attenditur secundum se, secundum quod in diversitatem rei redundat. Considerandum est enim quod in rebus commutandis, vel distribuendis concurrunt duo, scilicet quantitates earum, & forma aequalitatis. Oportet enim eas esse quantitates aequales quantitativae vel proportionalitatis, ut dictum est. Cōe est autem utriusque iustitiae, ut conditio personae, si consideranda venit, quantitate rei augeat, vel minuat in distributiva. n. eo quod maiori, & minori minus deberet: in commutativa vero patet de percussione principis. Dixi autem si consideranda venit, quia in commutativa non semper est consideranda conditio personae. Nil enim referentem

li. 5. Eth. c. 3. a med. to. 5.

sed dignitas personarum attenditur etiam in commutativa iustitia, sicut in punitionibus: plus enim puniuntur qui percutit principem, quam qui percutit privatam personam. ergo eodem modo accipitur medium in utraque iustitia. SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 5. Ethic. quod in iustitia distributiva accipitur medium secundum geometricam proportionalitatem: in commutativa autem secundum arithmetica. RESPON. Dicendum, quod sicut dictum est, in distributiva iustitia datur aliquid alicui privatae personae, in quantum id quod est totius, est debitum parti: quod quidem ratio maius est, quanto ipsa pars maiorem principalitatem habet in toto. Et ideo in distributiva iustitia tanto plus alicui de bonis communibus datur, quanto illa persona maiorem habet principalitatem in communitate. Quae quidem principalitas in aristocratiis communitate attenditur secundum virtutem: in oligarchia secundum divitias: in democratia secundum libertatem, & in aliis aliter. Et ideo in iustitia distributiva non accipitur medium secundum aequalitatem rei ad rem, sed secundum proportionem rerum ad personas, ut scilicet sicut una persona excedit aliam, ita etiam res, quae datur uni personae, excedit rem quae datur alij. Et ideo dicit Philosophus, quod tale medium est secundum geometricam proportionalitatem, in qua attenditur aequale non secundum quantitatem, sed secundum proportionem. Sicut si dicamus, quod sicut se habent sex ad quatuor, ita se habent tria ad duo, quia utrobique est sex, qui est altera portio, in qua maius habet totum minus, & mediam partem eius. Non autem est aequalitas excessus secundum quantitatem, quia sex excedunt quatuor in duobus, tria vero excedunt duo in uno. Sed in commutationibus redditur aliquid alicui singulari personae propter rem eius, quae accepta est, ut maxime patet in emptione & venditione, in quibus primo invenitur ratio commutationis. & ideo oportet adaequare rem rei, ut quanto iste plus habet, quam suum lit, de eo quod est alterius, tantumdem restituat ei cuius est, & sic fit aequalitas secundum arithmetica medietatem, quae attenditur secundum parem quantitatis excessum: sicut quinq; est medium inter sex & quatuor, in unitate enim excedit, & exceditur. Si ergo a principio uterque habeat quinque, & unus eorum accipit unam de eo quod est alterius, unus scilicet accipiens habebit sex, &

alij relinquuntur quatuor. Erunt ergo iustitia, si uterque reducantur ad medium ut accipiat unum ab eo, qui habet sex, & detur ei qui habet quatuor. Sic enim uterque habebit quinque, quod est medium.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod in aliis virtutibus moralibus accipitur medium secundum rationem, & non secundum rem: sed in iustitia accipitur medium rei: & ideo secundum diversitatem rerum, diversimode mediū accipitur.

AD SECUNDUM dicendum, quod generalis forma iustitiae est aequalitas, in qua convenit iustitia distributiva cum commutativa. In una tamen invenitur aequalitas secundum proportionalitatem geometricam, in alia secundum arithmetica.

AD TERTIUM dicendum, quod in actionibus, & passionibus conditio personae facit ad quantitatem rei: maior enim est iniuria si percutiatur princeps, quam si percutiatur privata persona. & ideo conditio personae in distributiva iustitia attenditur secundum se: in commutativa autem secundum quod per hoc diversificatur res.

ARTICULVS III. De materia utriusque iustitiae si diversa.

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur, quod materia utriusque iustitiae non sit diversa. Diversitas enim materiae facit diversitatem virtutis, ut patet in temperantia, & fortitudine. Ergo distributiva iustitiae, & commutativa sit diversa materia, videtur quod non continentur sub una virtute, scilicet sub iustitia.

2. Praet. Distributio, quae pertinet ad iustitiam distributivam, est pecuniae, vel honoris, vel aliorum quae utique dispartiri possunt inter eos qui coitate communitati ut dicitur in 5. Ethic. quorum est communitatio inter personas ad invicem, quae pertinet ad commutativam iustitiam. Ergo non est diversa materia distributivae, & commutativae iustitiae.

3. Praet. Si sit alia materia distributivae iustitiae, & alia materia commutativae pro hoc, quod differunt speciei, non debet esse materiae diversitas: sed Philosophus ponit unam speciem commutativae iustitiae, quae tamen habet multiplicem materiam. non ergo videtur esse multiplex materia harum specierum.

no. Inter voluntarias ergo, & involuntarias commutationes, hæc est differentia, quod ille habent rationem commutationis in utroque actu ex animo operantis: iste vero in altero tantum. Et ex hoc sequitur, quod in illis ratio commutationis est voluntaria, quæ utrinque: in istis vero ratio commutationis est involuntaria, quæ contra voluntatem damnicatur.

IN CONTRARIUM est, quod dicitur in 5. * Ethic. q. una species iustitiæ est directiva in distributionibus, alia in commutationibus.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum * est, iustitia est circa quasdam operationes exteriores, s. distributionem, & commutationem: quæ quidem sunt usus quorundam exteriorum vel rerum, vel personarum, vel etiam operum. Rerum quidem, sicut est aliquis vel aufert, vel restituit alteri suam rem: personarum autem, sicut cum aliquis in ipsam personam hominis iniuriam facit, puta, percutiendo, vel conuiciando, aut etiam cum irreuerentiam exhibet: operum autem, sicut cum aliquis iuste ab alio exigit, vel alteri reddit aliquid opus. Si ergo accipiamus ut materiam utriusque iustitiæ ea, quorum operationes sunt istis, eadem est materia distributiua, & commutatiua iustitiæ: nam & res distribui possunt a communi in singulos, & commutari de uno in alium: & etiam est quedam distributiua laboriosorum operum, & recompensatio. Si autem accipiamus ut materiam utriusque iustitiæ actiones ipsas principales quibus utitur personis, rebus, & operibus, sic inuenitur utrobique alia materia. Nam distributiua iustitiæ est directiva distributionum: commutatiua uero iustitiæ est directiva commutationum, quæ attendi potest inter duas personas, quarum quedam sunt involuntaria, quedam uero uoluntaria: In uoluntaria quidem, quando aliquis utitur re alterius, uel persona uel opere, eo inuito: quod quidem contingit quandoque occulte per fraudem, quandoque etiam manifeste per uolentiam. Vtrumque autem contingit aut in rem, aut in personam propriam, aut in personam coniunctam. In rem quidem, si occulte unus rem alterius accipiat, & uocatur furtum: si autem manifeste, uocatur rapina. In personam autem propriam, vel quantum ad ipsam consistentiam personæ, uel quantum ad di-

A deriuatio, & unculatio, quæ non numerantur hic: & contra, quedam numerantur hic, ut mutilatio, & detractio, quæ non exprimentur ibi. Et ratio videtur, quia neuter intendit numerare integraliter species commutationum: sed distingue se, ut facile possit quis percipere omnes permutationum species enumeratis. Tam enim ex his quæ ibi, quam ex his quæ hic dicuntur, apparent quæ sine in his generibus computanda.

B **Quantum autem ad dignitatem personæ,** læditur aliquis occulte per dolosam occisionem, seu percussionem, & per ueneni exhibitionem. Manifeste autem per manifestam occisionem, aut per incarcerationem, aut uerberationem, seu membri mutilationem. **Quantum autem ad dignitatem personæ,** læditur aliquis occulte quod per falsa testimonia, seu detractiones, quibus aliquis aufert famam suam, & per alia huiusmodi: Manifeste autem per accusationem in iudicio, seu per conuicium illationem. **Quantum autem ad personam coniunctam,** læditur aliquis in uxore, ut in pluribus occulte per adulterium: in seruo autem cum aliquis seruum seducit, ut a domino discedat: & hæc etiam manifeste fieri possunt. Et eadem ratio est de aliis personis coniunctis, in quas etiam possunt omnibus modis iniuria committi, sicut & in personam principalem: sed adulterium, & serui seductio sunt propria iniuria circa has personas, tamen quia seruus est possessio quedam, hoc refertur ad furtum. Voluntaria autem commutationes dicuntur, quando aliquis uoluntarie transfert rem suam in alterum: & si quidem simpliciter in alterum transferat rem suam absolute debito, sicut in donatione, non est actus iustitiæ, sed liberalitatis.

D **In tantum autem ad iustitiam uoluntariam translatio pertinet,** in quantum est ibi aliquid de ratione debiti: quod quidem contingit multipliciter. Vno modo, quoniam quis transfert simpliciter rem suam in alterum pro recompensatione alterius rei, sicut accidit in uenditione, & emptione. Alio modo, quando aliquis tradit rem suam alteri, concedens ei usum rei cum debito recuperandi rem. Et si quidem gratis concedit usum rei, uocat usufructus in rebus, quæ aliquid fructificant: uel simpliciter mutuum seu accommodatum in rebus, quæ non fructificant, sicut sunt denarii, uasa, & huiusmodi. Si uero nec ipse usus gratis conceditur, uoca-

quia hic formalis interuenit differentia commutationis. Sed si quis consideret, quod differentia diuisiua generis & constitutione specierum oportet quod sint differentia per se, & non per accidens, & quod differentia per se sunt quæ sunt diuersificatione generis, ut patet 7. Metaph. & quod adæquatio rei ad rem non diuersificatur per hoc, quod redditur uoluntario, uel involuntario: tantum enim & secundum eandem formam æqualitatis redditur uoluntario, & involuntario: ad solam enim adæquationem

¶ In eodem 3. artic. dubium accidit circa calcem articuli, quæ specie author loquitur, cum dicit, omnes commutationes uoluntarias, & involuntarias ad uenam iustitiæ specie pertinere, an scilicet de specie specialissima, an de subalterna: Et est ratio dubij, quia in 5. Ethic. Aristoteles distinguit iustitiam particularem in distributiua, & commutatiua: & commutatiua in duas partes, quia commutationes sunt duplex, scilicet uoluntaria, & involuntaria. Multitudo quoque uoluntarum oppositorum idem attestari uidetur: opponuntur namque huic iustitiæ hominibus, rapina, furtum, contumelia, detractio & cetera opposita autem uidetur hæc litera.

¶ Ad hoc dicitur, quod cum iustum commutationum consistat formaliter in æqualitate rei ad rem, & actus commutatus iustitiæ sic daret, uel reddere æquiualens, & nihil horum variatur nisi materialiter per reddere æquiualens in tali, uel tali materia: consequens est, quod propter diuersitatem materie non multiplicatur specie iustitiæ commutatiua. Maxime autem apparere posset, quod variaretur specie iustitiæ, reddere æquiualens uoluntaria, uel inuite commutationi, ita quod alia sit species iustitiæ reddens æquale uoluntaria, puta, uenditioni, & alia reddens æquale inuite, puta, rapina:

no. Inter voluntarias ergo, & involuntarias commutationes, hæc est differentia, quod ille habent rationem commutationis in utroque actu ex animo operantis: iste vero in altero tantum. Et ex hoc sequitur, quod in illis ratio commutationis est voluntaria, quæ utrinque: in istis vero ratio commutationis est involuntaria, quæ contra voluntatem damnicatur. In CONTRARIUM est, quod dicitur in 5. * Ethic. q. una species iustitiæ est directiva in distributionibus, alia in commutationibus. RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum * est, iustitia est circa quasdam operationes exteriores, s. distributionem, & commutationem: quæ quidem sunt usus quorundam exteriorum vel rerum, vel personarum, vel etiam operum. Rerum quidem, sicut est aliquis vel aufert, vel restituit alteri suam rem: personarum autem, sicut cum aliquis in ipsam personam hominis iniuriam facit, puta, percutiendo, vel conuiciando, aut etiam cum irreuerentiam exhibet: operum autem, sicut cum aliquis iuste ab alio exigit, vel alteri reddit aliquid opus. Si ergo accipiamus ut materiam utriusque iustitiæ ea, quorum operationes sunt istis, eadem est materia distributiua, & commutatiua iustitiæ: nam & res distribui possunt a communi in singulos, & commutari de uno in alium: & etiam est quedam distributiua laboriosorum operum, & recompensatio. Si autem accipiamus ut materiam utriusque iustitiæ actiones ipsas principales quibus utitur personis, rebus, & operibus, sic inuenitur utrobique alia materia. Nam distributiua iustitiæ est directiva distributionum: commutatiua uero iustitiæ est directiva commutationum, quæ attendi potest inter duas personas, quarum quedam sunt involuntaria, quedam uero uoluntaria: In uoluntaria quidem, quando aliquis utitur re alterius, uel persona uel opere, eo inuito: quod quidem contingit quandoque occulte per fraudem, quandoque etiam manifeste per uolentiam. Vtrumque autem contingit aut in rem, aut in personam propriam, aut in personam coniunctam. In rem quidem, si occulte unus rem alterius accipiat, & uocatur furtum: si autem manifeste, uocatur rapina. In personam autem propriam, vel quantum ad ipsam consistentiam personæ, uel quantum ad di-

¶ Quarto, quod in litera inter involuntarias commutationes non computatur exilium nec uisum, quia ista extra hoc genus sunt, sed quia ad numerum in litera spectant. Exilium quidem ad incarcerationem pertinet propter loci circumscriptionem qua fit exilium: uisura uero ad inuicem uenditionem spectat. Venditur enim aut idem bis, aut quod non est, inferius in tractatu de uisura patet. **¶** Quinto, quod numerus commutationum in litera, & in quinto Ethic. non est uniformis. Alique enim ibi numerantur, ut aquæ

tionem rei ad rem spectatur utrobique, uidebit quod differentia hac per accidens concurret ad oppositum. Ad dictum aut Arist. dicitur, quod ipse non dixit esse duas species, sed duas partes, non propter virtutis differentiam formalem, sed propter notabilem diuersitatem materialem, quia scilicet in una concorunt duo recompen-

ductio. Tertio modo aliquis tradit rem suam ut recuperanda, non ratione usus, sed uel ratione conseruationis, sicut in deposito, uel ratione obligationis: sicut cum quis rem suam pignori obligat, seu cum aliquis pro alio fidei iuret. In omnibus autem hominum actionibus siue voluntariis, siue inuoluntariis est eadem ratio accipiendi medium, scilicet ad commutatiuam. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICULVS IIII.

Utrum iustum sit simpliciter idem quod contrapassum.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod iustum sit simpliciter idem quod contrapassum. Iudicium enim diuinum est simpliciter iustum: sed haec forma diuini iudicij, ut scilicet quod aliquis fecit, patitur, secundum illud Mat. 7. In quo iudicio iudicaueritis, iudicabimini: & in qua mensura mensi fueritis, remetietur uobis. ergo iustum est simpliciter idem quod contrapassum.

¶ 2 Prat. In utraque iustitiae specie datur aliquid alicui secundum quandam aequalitatem, in respectu quidem ad dignitatem personae, in iustitia distributua, quae quidem plonae dignitas maxime uidebitur secundum opera, quibus aliqui communitati seruiunt: in respectu autem ad rem, in qua quis damnificatus est, in iustitia commutatiua. Secundum autem utramque aequalitatem aliquis contrapatur, secundum quod fecit. ergo uidetur quod iustum simpliciter sit idem quod contrapassum.

¶ 3 Prat. Maxime uidetur quod non oportet aliquem contrapari, secundum quod fecit, propter differentiam uoluntarij, & inuoluntarij. qui in uoluntarie fecit iniuriam, minus puniatur: sed uoluntarium, & inuoluntarium, quae accipiuntur ex parte iustitiae, quod est medium rei, & non quo ad nos. ergo iustum simpliciter

nis exterioribus pro lesione illata in bonis corporeis sit, soluat tantum laesio, & tantum curae &c. & sic contrapassi & passionis nomine ad omnes commutatiuum est idem, quod iustum commutatiuum, ut dicitur. Et ex hac distinctione habes unde dicitur

ut esse idem quod contrapassum. SED CONTRA est, quod Philosophus in 5. Ethic. probat, non quodlibet iustum esse contrapassum.

RESPON. Dicendum, quod hoc quod dicitur contrapassum, importat aequalem recompensationem passionis ad actionem praecedentem: quod quidem proprie dicitur in passionibus & actionibus iniurijs, quibus aliquis personam proximi laedit, puta, si percutit, quod repercutiatur: & hoc quidem iustum determinatur in lege Exo. 21. Reddet animam pro anima, oculum pro oculo, &c. Et quia est auferre rem alterius, est quoddam iniustum facere: ideo secundario etiam in his dicitur contrapassum, prout, si aliquis qui damnum intulit, in re sua etiam ipse damnificetur: & hoc etiam iustum damnificatio dicitur in lege, Exo. 22. Siquis furatus fuerit bouem, aut ouem, & occiderit, uel vendiderit, quinque boues pro uno boue restituet, & quatuor oues pro una oue. Et ratio uero transferitur nomen contrapassi ad uoluntarias commutationes, in quibus utriusque est actio, & passio: sed uoluntarium diminuit de ratione passionis, ut dictum est. In omnibus autem his debet fieri secundum rationem iustitiae commutatiuae reparationis secundum aequalitatem, ut scilicet passio recompensata sit aequalis actioni: non autem semper esset equalis, si idem species aliquis pateretur, quod fecit. Nam primo quidem cum aliquis iniuriose laedit alterius personam maiorem, maior est actio, quam passio eiusdem speciei, quam ipse pateretur. Et ideo ille qui percutit principem, non solum repercutitur, sed multo grauius puniatur. Similiter etiam cum quis aliquem inuoluntarium in re sua damnificat, maior est actio, quae esset passio, si sibi solus res illa auferretur: quia ipse, qui damnificauit alium in re sua, nihil damnificatur. Et ideo in hoc, quod multipliciter restituitur: quia et non solum damnificauit personam priuatam, sed re publicam, eius tutele securitatem

Deum & creaturam non potest esse iustum minus quam inter deum & hominem: quia deus nihil accipere, ut tenetur reddere, neque non accipere, ut tenetur reddere. Punio nero peccatorum, quia non tenetur reddere, quia non tenetur reddere, quia non tenetur reddere, quia non tenetur reddere. Ut abiret in locum suum. Et licet damnus

5. Eth. lec. 8.

¶ Super Quaestiois sexagesime prima. Articulus quartum.

IN AR. 4. aduerte, quod ex Psychagoricis, & Rhadamanthe legisatore, ac disputatione 5. Ethico. processit articulus iste. Significat autem in proposito contrapassum tantum damnificari, quantum damnificauit: tantum patitur, quantum soluit, quantum accepit, & huiusmodi. Et hoc in quaestione uertitur. An seruare contrapassum, sit seruare iustitiam, ita quod idem sint.

¶ In corpore articuli, nota primo quod contrapassum potest dupliciter intelligi. Primo secundum identitatem speciei, ut, si patitur quis idem

specie quod egit, puta, animam pro anima, oculum pro oculo. Et sic respondendum est quaestioni negatiue, quod scilicet iustum commutatum & contrapassum non sunt idem, ut patet ex inuenientibus allatis in littera.

¶ Secundo, secundum aequalitates quantitatis, ut scilicet tanta sit passio, quanta fuit, uel est actio: quantumcumque diuersa sit specierum, uel generum sint actio, & passio, puta, pati in bo-

siue iustitia sit actus: concurrunt tamen in eo quidam modus commutativi iustitiae...

infringendo. Similiter et nec in commutationibus voluntariis est semper aequalis passio...

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod restitutio non sit actus iustitiae commutativa...

AD SECUNDVM dicendum, quod si alicui, qui communitati seruisset, retribuere aliquid pro seruitio impensio...

AD TERTIVM dicendum, quod quando actio iniuriosa est uoluntarie, excedit iniuriam, & sic accipitur ut maior res...

QVAESTIO LXII.

De restitutione in octo articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de restitutione. Et circa hoc quaeruntur octo.

- Primo, Cuius actus sit.
Secundo, Vtrum necesse sit ad

Ad hoc posset prima facie dici, quod falsum est, distributio actum in casu posito omnium esse...

- Tertio, Vtrum oporteat illud multiplicatum restituere.
Quarto, Vtrum oporteat restitui quod quis non abstulit.
Quinto, Vtrum oporteat restituere ei, a quo acceptum est.
Sexto, Vtrum oporteat restituere eum, qui accepit.
Septimo, Vtrum aliquem alium.
Octauesimo, Vtrum sit statim restituendum.

ARTICVLVS I.

Vtrum restitutio sit actus iustitiae commutative.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod restitutio non sit actus iustitiae commutativa...

Prat. Illud quod iam transit, & non est, restitui non potest: sed iustitia, & iniustitia sunt circa quasdam actiones...

Prat. Restitutio est quedam recompensatio eius quod subtrahitur: sed etiam in distributione, puta, cum aliquis distribuens minus daretur...

SED CONTRA. Restitutio ablati opponitur: sed ablatio rei alienae est actus iniustitiae...

RESPON. Dicendum, quod restituere nihil aliud esse videtur, quam iterato aliquem statuere in possessionem...

tantum, quantum non dedit alicui de portione sibi debita. Et hoc quia omnia applicatio illius portionis ad hunc...

Deinde ad dubium dicitur, quod licet debitum ut proprium ab solute sit suum, uel loco sui, respectu tamen alicuius est etiam debitum ut proprium illud...

Sed hoc frivolum est, quia si cui debentur centum, & dedit quinquaginta, teneatur recompensare quinquaginta...

Infart. 2. & 3. cor.

Quaestio LXII. De restitutione in octo articulos diuisa.

De restitutione in octo articulos diuisa.

QVAESTIO LXII.

De restitutione in octo articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de restitutione.

- Primo, Cuius actus sit.
Secundo, Vtrum necesse sit ad

tantum, quantum non dedit alicui de portione sibi debita.

Deinde ad dubium dicitur, quod licet debitum ut proprium ab solute sit suum...